

P. Pareus

D. Abrahamo Sculteto, Schorndorffii
exulanti, salutem et benedictionem cum
salutaris anni voto.

Cum hunc corporem isthuc transiturum intelligen-
tem, significandum tibi duxi, honorande frater et
collega, me adhuc cum bono Deo vivere, sed miser
Anno illa. hoc sylvestri et duro, ex caeli victusq; in-
commoditate senile corpus scabies infestavit. Ac-
cesserunt alia, qua Decembrem mihi fatalem
denunciarent, et quidem ex voto meo. Teo plausu
Domino meo, mihi senectam diutius extendere,
ut annum διαδοχῆς καὶ ἐπιπρωτεύουσιν ἡμῶν non
modi alterum superarem, sed et tertium status
meo LXXIV. viderem, utinam supremum! Inu-
tile enim terra pondus factus sum. Nulla cu-
randa valetudinis isthuc ratio. Post admirabilem
igitur τῆς Νεαπόλεως Ἐπολιτάρχου hortatu
filii, ex Patmo Neostadium me contuli: 8. Jan.
valetudinis recuperanda gratia. Heri filius
meus Joh. Philippus Heidelbergā reversus, eo
enim saeva defunctae hereditatis uxoria gratia
non absq; periculo et incommodis variis in Jan.
abierat: nunciavit ea, que haud dubie non
ignoratis, de urbis externis et internis diffi-
cultatibus. Restat, ut vel Deus Ἐπιμετρώσας
eam seruet, vel vineam Domini devorent porci
vastatores; Academia vastata: domus tua
statutum praedonum, nec mea melior. Collega
noster Altingius Heilbrunnē apud suos redire
absq; periculo non potest domum. Sed vos forte
se recipiet. Quid igitur tandem? Tu quidem Te
melioribus temporibus servabis: Ego humiliter
mundo jam valedixi, quietem bonam in caelo
exoptans in dies. Tu memor Parei senis in pre-
cibus

308

cibus suis. vive et vale cum suis plurimum. la-
lutabis extremum à me Venerandum. In. saluum
et omnes qui tecum sunt. Serenissimam verò
Electricam Matrem cum Nepotibus in Domino confi-
dere et salutis horam non speratam sperare
jubeo. Veniendum enim veniet. O Domine Deus
ne memineris iniquitatum nostrarum, supplicium
sit satis. Recordare serorum tuorum, et exau-
di gemitus invocantium te. pro pace Jerusalem.
Hoc quotidiano voto meo claudere. Vale et salve
iterum

Neostadij 23. Januarij à Tui amantissimo
1622. D. Pareo.

253.

Epistola ultima, quam D. David Pareus
propridie suae ex caduca hac vita ad aeter-
nam patriam migrationis scripsit ad
Joh. Philippum Pareum, filium S. Theol. Neapolim Napolitanum
Doctorem.

Salutem. Has dies precum et jejunii indictus nobis
in Ecclesia, utinam vota nostra tandem coelum pene-
trant! Irrita tamen minimè futura confidimus.
Ego ita me recolligo, ut tamen statim incommoda
indies crescant cataractis et virium languore.
Ita Dominus me magis magisque paratum reddit
ad τριπόδων ἑράδων, antequam te non
tantum tuam causam sed et meam, occasione futuri
ad nos venire velim. Temere autem te periculo
non committes. Tuae uxori mitto unum Matthiaden
aureum ex duobus, quos habeo: Χρησιμior profecti-
meo reditu, quem servet propter aetatem, archa-
bonem gratitudinis pro ἀγαθῆς ἀπορίας vestrae, cujus
merces vobis etiam post fata mea non peribit. Vale
plurimum et rescribendi occasionem nullam praetermitte
hoc tempore. Heidelb. a. d. 13. Junij 1622.